


Chichonius



DE REGIS OFFI-
cio opusculū: quid opti-
mum quemq; regem de-
ceat / ex sacris literis &
probatorū authorū sen-
tentijs historijsq; depro-
mens,

PARISIIS
Ex officina Henrici
Stephani. 1519



GENEROSISSIMO AC SERENISSIMO principi LUDOVICO / Pannoniæ & Bohemię Regi: Iodocus Clichtoueus / sacre theologię professor humillimus. S.D.



IN Deuteronomio præcepisse de⁹ legitur populo Israelitico / Rex illustriſſime: ne quispiã in ſuo conſpectu appareret vacuus. ſed munus aliquod i gratitudinis ac ſubiectiõnis teſtificationem: pro ſua facultate illi (cum in tabernaculo coram aſtaret) ſponte offerret. Vnde & illud apud homines obſervatũ non irrationabiliter credi poſteſt: q̄ regiam maiestatem nullus accedat eam ſalutaturus) niſi Perſarũ more munus aliquod manu præferat / quod illi in obſervatiõis ac veneratiõis declarationẽ exhibeat. Tuam igitur aditurus eximiã celſitudinẽ / offero illi præſens munuſculum: eidem (vt reor) nõ incõmodaturũ. libellum inquã / de regis officio ac inſtitutione differentem: & quid regẽ agere / quidve declinare oporteat / ex ſacrarum literarum promptuario illuſtriumq; virorum ſententijs & exemplis / edocẽtem. Imitatus ea in re Aeneã Sylvium virum percelebrem: qui de educatione liberorum præclarum edidit olim opuſculũ / ad ampliffimũ regem Ladiflaum / vnũ ex maiorib; tuis: vtroq; quod nunc feliciter moderaris / etiam (dum vita manebat) regno potitum. imitatus item & pleroſq; alios egregios authores: qui de regimine inſtitutioneq; principum / luculenter & ſplendide ſcripſerunt. Neq; id temeritati quiſq; aſcribat aut plus

Deute.16.

Aeneas
Sylvius.

DEREGIS OFFICIO OPVS CVLVM
per Iodocum Clíchtoueuum Neoportuensem/
doctorem theologum/ elaboratum: ad inui-
ctíssimū & nobilíssimū princípē/ L V D O V I-
C V M Pannoniæ & Bohemiæ regem.

Regiæ potestatis vestigia :i rebus inanímis et bru-
tis animantibus impressa legi. Cap. I.



Egnū diffinit Aristoteles in ter-
tio libro Politicorū : vnus esse
in republica aut regione potesta-
tem/non suum sed subditorum
bonū querentis. Et regem illius
moderatore[m] ac p[re]sidem/ cum
esse ait: qui in republica aut etiā
tota regione nō proprium inquirít bonum / sed eo-
rum qui sibi subijciūtur. Is autem naturā sequitur
ducem/quinimmo optimū totius nature parētem:
qui toti mūdo vt rex p[re]sidet / omnibus sedulo pro-
uidet/cunctis bona (cuiq[ue] pro suo captu) dispensat.
neq[ue] ex eis proprium querit commodū / vt qui bo-
norum nostrorum non eget: sed solam rerum cō-
ditarum quas administrat/ utilitatem. Habēt itaq[ue]
reges angustam admodū & excellentē inter homi-
nes vite sortem ac gradū / quo ad dei assimilationē
atq[ue] imitationem propius assumuntur: alijq[ue] do-
minantur ac p[re]sunt vice dei omniū domini ac re-
gis. Quocirca enixius debent suæ vocationis atq[ue]
professionis memores/digne deo viuere: virtutūq[ue]
illius ideas & exemplaria i se/ viua quadā imagine
exprimere. vt sese ad suos habeant subditos: quead-
modū deus ad totum vniuersum. atq[ue] in ipso vt ar

Aristoteles

exhibeat.

XI.

¶ Quod veritatem amare fidemq; seruare / rex debeat: delatoribusq; & adulatoribus aures occludere.

XII.

¶ Iustitiam in rege sūmopere requiri: qua iustum exerceat iudiciū / & rectos iudices in suo regno constituat.

XIII.

¶ Quod iustitię integritas violatur per incuriā exercendę punitionis: per cęcam regnandi cupiditatem / & opū auaritatem

XIII.

¶ Quibus modis præcipue cognoscuntur principes ad tyrānidē declinare: & regis nomen iure amittere.

XV.

¶ Amicitia & pacē a rege sūmopere esse expetendā vt bellū nō nisi necessitate coact⁹ suscipiat.

XVI.

¶ Quod abstinentia & sobrietas / regibus ad incolumitatem corporis & mentis: mirū in modum est conducens.

XVII.

¶ Libidinem & oēm carnis incōtinentiā: vt exitiale pestē / a rege sūma cura esse fugiendā.

XVIII.

¶ Quod ociū sūmopere fugiendum est a rege: & occupatio illi in virorū eruditorū familiaritate aut historiarū lectione / querēda.

XIX.

¶ Quod liberalitas / & magnificentia in splēdore honestorum sumptuum consistens: magnopere principem decet.

XX.

¶ Indicis / præsentis opusculi / finis.

¶ Absolutum est ac in lucem editū / hoc de Regis officio opusculū: Parisiis / i officina libraria Hæris ci Stephani / e regione scholę Decretorū sita. Anno ab incarnatione Christi (qui est rex regū & dominus dominatiū) decimo nono / supra millesimū & quingētesimum / die vero Augusti tricesima.

